

22

Peccato primi hominis actum ēē . ut mors
immundum intraret . paulus ap^ls docet .
Per unum hominem aut . peccatum intra
uit in mundum . & per peccatum mors .
& ita in omnes homines mors pertransiuit .
in quo om̄s peccauerunt . **Q**UOD D^s IN
MORTALES ANGELOS CREANS . PECCAN
TIB; HOMINIB; MORTĒ SIT CŌMINAT⁹ .
Mors in omnibus de peccati propagine uenit .
Non enim eo modo quo angelos condiderat
d^s . ita & homines condidisse credendus est .
ut & iam si peccassent . mori omnino non
possent . Sed ita est conditus homo :
ut perfunctus oboedientiae munere .
sine interuentu mortis . & angelica eū
in mortalitas . & aeternitas sequeretur
beata . Inoboedientes autem . mors
plecteret & damnatione iustissima .